27

Ecclesia Klimkoviensis Visitata 3tia men: apr. vs.

Ecclesia Klimkoviensis Parochialis Titlo Assumptionis in Coelum B. V. Virginis Mae post dissolutionem anterioris in fundo spiritu mediante Conventu Illmi Eppi olim Szumlanski reaedificata 1754 Ao ac per Admodum Rndum Joannem Szczawinski Decanum Foraneum hoc specialem commissionem habentem benedicta, scandulis bene tecta, simul cum Campanili Cemeterio ligneo Portam ad ingrediendum et regrediendum habente 1. circumducta. Juris Patronatus Mgfci Dni Thaddaei Siedlecki Pincernae Pilznensis.

Ante Januam Ecclesiae Klimkovien: est Vestibulum. Janua habet limen et superliminare et utrinque postes, à sinistris sunt Cardines, à quibus pendent fores, à dextris Claustrum. Extrinsecus apparent Cupulae decenter extructae laminis tectae Crucibusque ferreis honestis insignitae, plumbo impositae fenestrae 4. Intrinsecus altaria, Imagines, Chorus, scamna, Concionatorium, et Pavimentum statum asseribus. Desuus totum antiquum bene tamen sculptum pictum et deauratum.

Sanctissimum asservatur in Ciborio in Pyxide argentea deaurata. Altare magnum proportionatum 3bus mappis mundis tectum, Cruce lignea deaurata insignitum, Candelabris 4. ligneis pictis exornatum. Inter mappas superiores repertum Antimissale Illmi Eppi olim Szumlanski cum Reliquiis Sanctorum.

Altare 2dum ad parietem versus Septentrionem pariter 3bus mappis mundis tectum, Cruce lignea parva insignitum, Candelabris ligneis sculptis exornatum. Inter mappas superiores repertum Antimissale Illmi Eppi olim Ustrzycki cum Reliquiis Sanctorum.

Ornamenta Ecclesiae. Calices sunt in hac Ecclesia Klimkoviensi 2. cum omnibus et singulis requisitis utrique stannei praeter Patenam ad unum Calicem argenteam. Crux magna qua utuntur tempore Processionum lignea 1. Thuribulare aereum 1. Ahenum Cupreum pro aqua lustrali 1. Lagena stannea pro conservando vino ad usum altaris 1. Vasculum stanneum pro Chrismate conservando. Patinae pro antidora stanneae 2. Coronae plumbeae 4. Campanae in Campanili 3. Campanullae in Ecclesia 5. Vexilla honestiora 5.

Velamina 2

Velamina ad velandas Imagines 2. sericeũm 1. simplicis materiæ 1. Sacrariũm pro conservandis rebus Ecclesiasticis instar armarii 1.

Vestitus Sacerdotalis. Casulæ cũm stolis et manipularibus 4. sericeæ 2. simplicis materiæ 1. Funebralis 1. Humeralia 9. Albæ 9. Cinguli 2. Superpelliciũm alias Komża 2.

Libri Ecclesiastici: Evangeliũ 1. Missalia 2. Epistõ: Liber 1. agendæ 2. Triphologion 1. Triodion 2. Ochtoichon 1. Psalteria 2. Czasoslovion 1. Liber Contionũm Kluczl.

Fundus Spiritũ: Hæc Ecclesia Klimkoviensis usq ad Annũm 1741. nullum habuit Fundũm Spiritũ: quo in anno superius dictô Rdũs Petrus Michulewicz Parochus actualis in Klimkowka Privilegiũm pro 4ta parte agri Cmetonalis alias vulgo Czwierć Roli expostulavit à Magfco Dño Stanislao Łętowski pro tunc Haerẽ Bonorũ Hærede, quod Privilegiũm est ad acta Consistõ: Premislien: 1743 Aº ij 16. mense mar: inductum et ingrossatum. Qui Fundus spiritũ de 4ta parte agri Cmetonalis assignatus, et ab omni Censu et onere liber /: salvû onere Reipliceæ :/ semper hucusq in pacifica Possessione sui Rdi Curati existit. tenditq una in manu duobus locis ad Graniciem Jaszkoviensem. 1ma tendentia posita inter metas ab una Rola Zurawska parte ab altera Rola Bobacka. 2da Tendentia posita inter metas ab una Rola Bobacka, parte ab altera Rola Lemzacka. in altera manu similiter 2bûs locis tendit ad Graniciem Czarnensem. 1mô inter metas ab una Rola Kostuka, parte ab altera Lany szoltysie. 2dô inter metas ab una Rola Zurawska, parte ab altera Rola Bobacka. Item iste Fundus Spiritũ habet tendentiam ad Graniciem Lovianensem inter metas à parte inferiori Rola Kostuka, à parte superiori Łany szoltysie. Ad hunc Fundũm Spiritũ dantur attinentiæ à Granicie Kunkoviensi ad Graniciem Czarnensem inter metas ab una Rola Kolczuka, parte ab altera Obszary szoltysie. quæ attinentiæ sunt locatæ supra Villãm.

Curatus in Klimkowka Rdũs Petrus Michulewicz est unus Compossessorem nullum habet præter filios 2. Petrũm, qui ab annis 9. Podoliam studendi gratiâ abivit domô. et Theodorum. Annô currenti Zloczoviãm ad scholas similiter properavit.

Rdũs Petrus Michulewicz Curatus in Klimkowka præsentatus à Magfco Łętowski Vexillifero de Crac: 1734. Aº Ordinatus ab Illmo Eppo olim Hyeronymo Ustrzycki anno eodem 1734. Ad excipiendas Confessiones utriusq sexus fideliũm caret approbatione, Theologia morali et B

Iure

Jure super locandos vulgo Podsadki

Idem Rdus Parochus Klimkoviensis Libros 4. metricos, nempe Babtisatorum, Copulatorum et mortuorum produxit tam Klimkovienses, quam etiam Kunkovienses quæ est annexa Ecclesiæ Parochiali Klimkoviensi.

<u>Proventus Parochialis:</u> Agri Cmetonales in Villa Klimkówka reperiuntur 7. et sculletia super 2. agros fundata. Ex singulo agro Cmetonali percipit Rdus Curatus in vim messalium antiquo more avenæ Cubulum 1. ex sculletia Cubulos 2.

Pro vino ad usum altaris singulus Incola præstat suo Rdo Curato tempore Quadragesimæ asses Polon: 3. pro Prosphoris nihil.

Personæ ad Confessionem Paschalem ex Villa Klimkówka pro anno currenti denumeratæ computantur <u>123.</u> simul et ex Villa Kunkowa.